



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 52. Libellus Hincmari Laudunensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

*res nostri auctoritate tua muniti invaso-* Sæculum IX.  
*res fortius repellemus, & pænis canonicis* A. C. 878.  
*comprimemus.*

p. 308.  
 p. 310. n. 3.

Papa hoc Decretum Episcoporum propriis manibus lætus accipiens vicissim Episcopis aliud tradidit, in quo omnes Bonorum Ecclesiasticorum raptores excommunicabantur, nisi ante Calendas Novembris restituissent ablata. Si non resipuerint, anathematis vinculo constricti remanent, & si pertinaces obierint, nemo eorum corpora ritu Ecclesiastico sepeliret. Deinde Pontifici & Concilio duo Libelli oblati. Unus contra Hincmarum Archiepiscopum, & alter contra Ratfredum Episcopum Avenionensem, quocum Walfredus Episcopus Uzetien- sis de Jurisdictione in quamdam parochiam disceptabat. Cum Episcopus Avenionensis esset absens, nihil amplius in hoc Concilio contra eum motum; sed Papa judicium in hac causa ferendum Episcoporum litigantium Metropolitæ videlicet Archiepiscopis Arelatensi & Narbonensi reliquit, qui causam convocato sufficiente Episcoporum numero in ipsis locis definirent.

p. 308.

Joan. ep.  
 122.

§. LII.

*Libellus Hincmari Laudunensis.*

Hincmarus Laudunensis Libellum contra Avunculum suum tradidit, in quo

p. 315. n. 9.  
 Sup. n. 10.

Rr 3

quo

Sæculum IX. quo, sermone ad Papam directo, conque-  
 rebatur in hunc modum: A. C. 878. *Cum Archiepiscopus Remensis me ad Concilium Durziacense vocasset, ut ad quosdam articulos responderem, & ego celeriter iter facerem, mediam viam emensus, abstrahor ab ovibus meis armatorum violentia, omnibus bonis spoliatur, & Durzicum deducor. Adventum meum prævertit Rex Carolus, aderatque manu tenens libellum in quo me accusabat perjurii, quod aliquos ex meis, non petita ab ipso licentia, Romam misissem, & contra ipsum querelas movissem. Archiepiscopus iussit me respondere. Dixi, paratum me venisse ad respondendum circa articulos, propter quos ab ipso vocatus fuisssem. Cumque urgeret, ut ad Regis querelam responderem, reposui, secundum Canones virum spoliatum, & inter armatorum manus custoditum, ad respondendum non teneri. Adjeci, Hincmarum Remensem dudum & merito mihi esse suspectum, quin imo etiam bestem manifestum. Itaque tam a Rege accusante, quam ab Archiepiscopo innocentem me vexante ad Sacram Sedem appellavi. Legi Canones afferentes auctoritatem Julii & Felicis Pontificum pro appellatione Episcoporum, & proiecisti in terram corpore obtestatus sum, ut quod per Canones mihi liceret, non prohiberem*

*facere*

facere. Præterea habebam apud me Pa-  
 pæ Epistolas, ante breve temporis spatium  
 mibi redditas, in quibus mibi præcipie-  
 bat, ut omiſſa omni mora ad ſe venirem.  
 Sed fruſtra omnia, nam Archiepiſcopus  
 ſententiam Excommunicationis in me  
 pronunciavit, quam ceteri Epiſcopi ſlen-  
 tes & ingemiſcentes (omnes enim me di-  
 ligebant) legere coacti ſunt. Adjecerunt  
 tamen in fine Verba ſalutiſera: Salva  
 inprimis Sacræ Sedis auctoritate &  
 Judio. Miſſus deinde in exilium, cu-  
 ſtodior, & non nunquam vinculis fer-  
 reis adſtringor. Elapſo autem prope  
 biennio, oculorum lumine, quo nihil ho-  
 mini carius, privor. Quamprimum li-  
 bertate uti potui, veni, & jam pedibus  
 tuis advolutus, rogo, ut ſecundum Cano-  
 nes de me decernas.

Sæculum IX.  
 A. C. 878.

Tum Archiepiſcopo Remenſi tem-  
 pus conſtitutum, intra quod ad has que-  
 relas reſponderet.

§. LIII.

*Acta in Concilio Trecenſi.*

In Sèſſione quarta Concilii Trecenſis  
 nihil notatu magis dignum actum,  
 quam quod Canones a Papa Joanne con-  
 diti lecti fuerint, atque a Concilio re-  
 cepti & confirmati. Sunt numero ſe-  
 ptem, & ferme omnes ad rem Eccleſiarum  
 temporalem ſpectant.

p. 308.

p. 312.

R r 4

Epis-